AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 340
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ad episcopos nostros. Utquo modo uos ipsi conuenerent. sic conuenirentur a uobis. & potius conlatione uerita sapparerent. Non solum autem non fecistis sed peiora mala nobis uiri nunc faciunt. Non tantum nos fustibus quassant. ferro que concidunt uerum etiam inoculos extinguendos. calce mixto ac & o incredibili excogitatione sceleris mittunt. Domus nostras insup compilantes. armas ibi ingentia & terribilia fabricarunt. quibus armati peruersa discurrunt. Comminantes atq: anhelantes. caedes. rapinas. incendia. caecitates. Quibus rebus compulsi sumus tibi primitus conqueri. ut consideres gra uitas tua quam multa uirum. immouos omnes quiuos paticitas. persecutionem. sub ipsis quasi terribilib; imperatorum catholicorum legibus. in possessionibus uestris & alienis securi sedetis. & nos a uestris tamen audita mala patiamur. Uos dicitis persecutionem. & nos a barmatis uestris. fustibus & ferro concidimur. Uos dicitis pati persecutionem. & nostra cedomus a barmatis uestris compilando uastantur. Uos dicitis pati per secutionem. & nostri oculi a barmatis uiris. calce & ac & o extinguntur. Insup & ia siquas mortes sibi utro ingerunt. nobis uolunt esse inuidiosas. uobis gloriosas. Quod nobis faciunt sibi non inputant. & quod sibi faciunt nobis inputant. Uiuunt ut latrones. moriuntur ut circumcellionis. honorentur ut martires. & tamen ne latrones aliquando audiuimus eos quos deprauatos sunt excaecasse. Occisos auferunt luci. non uiuos auferunt lucem. Nos interim siquando uestros tenemus. cum magna dilectione seruamus in lesos. Loquimur eis. & legimus omnia quibus error ipse conuincitur. qui fratres a fratribus separant. Facimus quod dns per esaiam pph & ta praecepit dicens. Audite qui pauetis uerbum dni. Dicite fratres nostri estis. his quiuos oderunt & quiuos execrantur. ut nomen dni honorificetur. & appareat illis in iocunditate.